Ver 1169

In nomine Sancte et Individue
Trinitatis. Ego Radulfus Branensis abbas
totius que capituli nostri consensu notum
facimus universis quod fratrem Petrum
Suessionensem et sororem Adam quondam
Ejus uxorem ipsorumque liberos cum possessionibus
Suis quas nobis obtulerant in Premonstratensi
Ecclesia libere et absolute transferri concessimus
et ne perturbationem aliquam inde
sustineant litteris et sigillo nostro cum testium
annotatione firmavimus. Signum mei ipsius
Radulfi abbatis. S. Ludovici prioris S. Gisleberti
Subprioris. S. magistri Azonis. S. adam. Signum
Marsilii. S. Gaufridi. S. Walteri. S. Balduini.
S. Willelmi. S. Willeberti. S. Godescalci sacerdotum
Signum Lamberti S. Willelmi S. Theodorici
Signum Remigii S. Johannis S. petri. S. Nicholai
Diaconorum. Signum Milonis. S. Balduini,
S. Hugonis. S. Radulfi Subdiaconorum; Testes
et fide sunt Robertus comes frater Regis
et agnes Ejus uxor./